Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite 1107

Quelle:
Copyright:

Liuor inęquales non nouit habere ſodales.
Dentibus inuidię mordentur dona ſophyę.
Se ſe conſternit dum quid laudabile cernit. &c.

Mallem legere *Lividus aequales.* Finis:

Ne per eum digne truſi pereatis in igne.

XLIII. *fol.* 77. p. 2. *De perfidia ſiue malicia Mulierum.* Initium:

Plurima cum ſoleant mores euertere ſacros &c.

Edit. *cit. col.* 1353. tribus aut quatuor diſtichis plura habentur. In *Codice* 3. ultimi verſus adſcripti ad materiam non pertinent.

XLIV. *fol.* 78. p. 2. Carmen, quod inter *Marbodiana* edit. *cit. col.* 1578. inſcribitur: *Quod non ſit flendum pro morte Chriſtiani,* et incipit:

Nos quibus eſt vitę promiſſio facta futurę &c.

Sed poſt verſum ibi ultimum procurrunt in *Codice* 12. alii eiusdem quidem thematis, ſed *Pentametris* mixti.

XLV. *fol.* 79. *Verſus de nummi Laude.* Numero 42. Ita:

In terra ſummus rex eſt hoc tempore nummus.
Nummum mirantur reges et ei famulantur.
Nummus auarorum deus eſt et ſpes cupidorum.
Nummus laudatos comedit piſces piperatos.
Francorum uinum nummus bibit atque marinum &c.

Finis:

Ex hac eſſe ſchola non uult ſapientia ſola.

Nec enim verſus adnexus huc pertinet:

Camphira per nares caſtrat ſine uulnere mares.

qui apud varios Medicos in dubium revocatur et ita legitur:

Camphora per nares caſtrat odore mares.

XLVI.